

gli consegnò la lettera scherzosa dell'amico con un tal sorriso da convincerlo che egli e la sua brigata l'avevano già più volte letta.

Forse non conveniva scherzare così in una lettera che doveva cadere in mano altrui;

giacché son disposti gli uomini a creder veri i motteggi detti tra amici non men che le accuse false.

A lui, è vero, poco importa in qual conto altri lo tenga,

e, a differenza di moltissimi, che si studiano più di parer che di esser da bene, non desidera parer se non tale qual è.

Lo consiglia pertanto d'essere in avvenire più cauto o, meglio, di astenersi da siffatti scherzi. E basti di ciò.

Per venire poi ad altro, lasciando da banda gli scherzi,

tuam iocis plenam michi redditit. huic ex publico officio preter cetera ius potestasque est undecunque delatas tabulas et resignare et legere, tum et venientes in urbem peregrinos adnotare et abeuntibus commeatum dare. is igitur, ut qui illas ineptias^(a) legisset ac ne dissimulare quidem vellet, sed et aperire se non auderet; tam rata atque insolens^(b) est mihi cum illo familiaritas; festo ac subridenti^(c) ore litteras obtulit, quasi alterum nostrum aut certe utrunque, etsi nichil diceret, damnare minime levitatis^(d) vellet. nam, ut michi visum est, longus eum comitesque suos de nostra fabula et sermo et risus excitaverat. sed forte non decebat te hec ita dicere; me enim decet quidvis a te audire; presertim cum in alienas manus ventura existimare debuisses, qui incerto nuntio litteras dederas. nam, ut certum nobis ac securum iudicium de nobis est, qui in eo animo sumus ut nichil offendere alterum possit quod alterum delectet, tamen non ita ceteri sentiunt. iudicant enim ut audiunt, sepius uti cupiunt^(e). cum enim preferre sese studeant, persuaderi sibi patiuntur vera esse que ab amicis ioco aut ab inimicis calumniose obiciantur; quanquam ego sive ingenita quadam severitate sive, quod malim, recto consilio ita me institutum animadverto, ut parvi admodum faciam quid de rebus meis existimetur, neque unquam eius desiderii fui ut pluris videri velim quam re essem aut alius esse alius videri, semperque illos impudentissimos iudicavi, ut est magna pars hominum, qui mallent videri se bonos et non esse quam esse et non videri. quamobrem quicquid ceteri de me iudicent, ego tamen idem sum, idemque volo videri qui sum. tu vero cum talia posthac scripseris, non cuique passim, ut occurrerit, committes, sed, ut ego facio, fidelibus manibus inseres, aut, ut facere decrevi, quod quidem consultius fuerit, abstinabis. sed hec de iocis et serio et satis dicta sunt.

Nunc ad reliqua venio. et quanquam abundantem^(f) materiam ludendi^(g) tecum, si vellem, nactus michi videar, qui studeas non more optimi instituti regis Lycurgi vites excidere, sed more

(a) B illas septiles (b) P rara grata atque insolens (c) B subridente (d) P minime et voluntatis Il Sabbadini propone nimie levit. (e) P uti et cupiunt (f) P om. abundantem (g) P ludendi te

(1) Cf. SERV. Comm. in Verg. 'Aen'. « Liber ab omnibus gentibus colere-III, 14: «Lycurgus indignatus quod «tur... vites eius amputandas curavit».